Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35998
Copyright: Melk, Benediktinerstift



70

p passionem a patre recipiendum. sed ipse maxime instruc=
tum. Nunc iudicium dicitur est mundi quia a tempe
passionis eius discretus est fideles credentes ab ob=
stinatis per infidelitatem. Nunc princeps huius mundi
deiciet foras. quia dictum est princeps mundi non qui
sit dominus huius mundi. sed hominum mundialium viuentium
nomine ei se subiciunt per peccatum. Dicit autem exemplum per=
passionis xpi per quam aperta est ianua celi. et sic deinceps
non potest impedire fideles a consecutione celi sicut faciebat
ante. tunc permittit tentare homines ad extraendum et mutuum
electorum. Et ego si exaltatus fuero a terra in cruce
omnia traham ad meipsum. Ex amore enim eius in terre
ipso humano generi est omnium attractiua omnium viuentium.
Hoc autem dicebat significans qua morte esset moriturus
Respondit ei turba. Nos audiuimus ex lege quia xpus
manet in eternum. Et quomodo tu dicis oportet exaltari filium
hominis. Si tu loquis de tempore apparet quod tu non sis xpus
qui manet in eternum. Si autem loquis de alio dic nobis quis
iste filius hominis. Dixit ergo eis ihesus Adhuc mo=
dicum lumen in nobis est. Ambulate dum lucem habetis
meipsum principaliter qui lux sum illuminans per veritatem doctrine
et lumen gratie. ut non uos tenebre apprehendant ignorantie
et culpe. Et qui ambulat in tenebris nescit quo vadat.
Dum lucem habetis credite in lucem. ut filij lucis sitis per remi=
ssionem et gratie adoptionem. Hec locutus est ihesus et abiit et
quia non recipiebat eius doctrinam. et abscessit se ab eis
Et relictis illis tanto exercitatis per multitudinem. et cum suspectis
omnibus ad iam uespere est hora. exiit in hortum ad
extra foras extra ciuitatem ibique mansit. et docebat eos
de regno dei. Licet enim fuisset honorifice susceptus